

Egyháztörténeti emlékek a magyarországi hitújítás korából. I–V.

Szerk.: BUNYITAY Vince – RAPAICS Rajmund – KARÁCSONYI János – KOLLÁNYI Ferenc – LUKCSICS József. Bp., 1902–1912.

Egyháztörténeti emlékek a magyarországi hitújítás korából. IV.

[https://adtplus.arcanum.hu/hu/view/EgyhaztortenetiEmlekek\\_04/?pg=495&layout=s](https://adtplus.arcanum.hu/hu/view/EgyhaztortenetiEmlekek_04/?pg=495&layout=s)

IV. 460. sz.

Pozsony, 1546 május 29.

Várday Pál érsek és kir. helytartó <<fráter Petrus prior et conventus ecclesie s. Michaelis arch. de Leweld Carthusiensis ordinis>> kérésére Nádasdy Tamás országbíró magá elé idézteti s Nádasdy megígéri, hogy igazolni fogja magát.

Paulus de Warda, archiepiscopus Strigoniensis et locumtenens regiae Maiestatis ad preces fratris Petri, prioris conventus ecclesiae s. Michaelis de Leweld, Cartusiensis ordinis, citat Thomam Nádasdy, iudicem curiae, qui promittit se probare suam agendi rationem.

Eredetije a vasvár-szombathelyi káptalan levéltárában.

Litt. eccl. f. F. nr. 17.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

36.

Pozsony, 1548 május 15.

Révay Ferencz nádori helytartó előtt a lövöldi perjel, Péter, panaszt tesz, hogy az 1538—44. években Podmaniczky János és Ráfáel nekik roppant károkat okoztak, boraikat, lovaikat elvették, vanyolai jobbágyaik marháit elhajtották. Ezekért a nádori helytartó Podmaniczky Ráfáelt megidézteti.

Amicis suis reverendis capitulo ecclesie Poseniensis Franciscus de Rewa, comes comitatus de Thurocz necnon vacante officio regni Hungarie palatini locumtenens salutem et amicitiamparatam cum honore. Expositum est nobis in personis venerabilis et religiosi fratris Petri prioris et conventus fratrum ordinis Carthusiensis in claustrum beati Michaelis archangeli in Lewewld fundato degentium, quod cum circa festum beatorum undecim millium virginum in anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo octavo transacto preteritum iidem exponentes certa quedam vina Simigiensia cum aliquot curribus ex Simigio domum, ad dictum scilicet claustrum ipsorum de Leweld deduci facere habuissent, hominesque eorundem cum ipsis vinis ad territorium possessionis Fok vocate in comitatu Simigiensi existentis pervenissent ibique pacifice transire habuissent, extunc magnificus condam dominus Joannes de Podmanyn, missis et destinatis quampluribus servitoribus, equitibus scilicet et peditibus suis ac magnifici domini Raphaelis Podmanyczky fratris sui manibus armatis et potentiarié ad prescriptos homines et vina dictorum exponentium ibique septuaginta duo vasa vini eorundem exponentium auferri et ad arcem suam et

dicti domini Raphaelis fratris sui carnalis Palotha vocatam abduci fecisset, ex quibus ea, que voluisset, saltem restituisset, reliqua vero maiora et meliora pro se et dicto fratre suo reservasset, per quod idem condam dominus Joannes Podmanyczky dictis exponentibus, dempta violentie pena, plus quam quadringentorum florenorum auri dampna intulisset inferrique fecisset potentia mediante. Hiis non contentus prefatus condam Joannes Podmanyczky circa festum beate Margarethe virginis et martiris, dum videlicet Martinus Saffar et Thomas Azthalos familiares et servitores dictorum exponentium quosdam duos equos turcales in oppido Rako florenis centum et quinquaginta emptos domum, ad prescriptum videlicet claustum de Leweld ducere habuissent et cum eisdem equis ad possessionem Sándor in comitatu Wesprimiensi habitam pervenissent, extunc prefatus condam Joannes Podmanyczky, nescitur unde motus, missis et destinatis quampluribus hominibus et servitoribus suis et dicti domini Raphaelis fratris sui, in et ad prefatos servitores dictorum exponentium more hostili irruissent prescriptosque equos turcales ab eisdem violenter abstulissent ac eo, quo dictorum condam domini Joannis Podmanyczky ac domini Raphaelis fratris sui placuisset voluntati, fecissent potentia mediante. Ceterum circa festum Penthecostes in anno Domini millesimo quingentesimo quadragésimo tertio transacto preteritum prefatus condam Joannes Podmanyczky, missis et destinatis quampluribus hominibus et servitoribus suis et dicti Raphaelis Podmanyczky fratris sui uterini ad possessionem dictorum exponentium Wanyola vocatam in comitatu Wesprimiensi habitam, illincque quadraginta boves miserorum colonorum dictorum exponentium in eadem possessione Wanyola commorantium rapere, auferrique abigique ac eo, quo eorundem Joannis et Raphaelis Podmanyczky placuisset voluntati, fecissent. Nec hiis contentus prefatus condam Joannes Podmanyczky, circa festum beatorum Petri et Pauli apostolorum in anno Domini millesimo quingentesimo quadragésimo quarto transacto preteritum, modo simili missis et destinatis quampluribus servitoribus suis et dicti domini Raphaelis fratris sui, manibus armatis et potentiariè ad dictam possessionem Wanyola, illincque iterum quinquaginta boves colonorum eiusdem possessionis, iobagionum scilicet dictorum exponentium abigi ac eo, quo sue et dicti domini Raphaelis Podmaniczky fratris sui placuisset voluntati, fecisset potentia mediante. Postremo circa festum Otnnium Sanctorum in anno Domini millesimo quingentesimo quadragésimo quarto transacto preteritum, dum videlicet providi Martinus Zenthes et alii certi quidam iobagiones dictorum exponentium in possessione eorundem Kysleweld in dicto comitatu Wesprimiensi existente commorantes, cum curribus ipsorum ex oppido Papa in libera et publica via, non longe a possessione Borsath vocata in eodem comitatu Wesprimiensi existente transire domumque reverti habuissent, prefatus condam Joannes Podmaniczky, nescitur quo animo ductus, missis et destinatis quampluribus suis et prefati Raphaelis Podmanyczky fratris sui servitoribus, manibus armatis et



potentiarie in et ad prefatos Martinum Zenthes et alios iobagiones ipsorum exponentium more hostili irruissent ab eisdemque viginti octo boves iugales abstulissent ac eo, quo eiusdem condam Joannis Podmanyczky et dicti domini Raphaelis fratris sui placuisset voluntati, fecisset. In quibus omnibus premissis prefati condam dominus Joannes et Raphael Podmaniczky fráter eiusdem dempta violentie pena, memoratis exponentibus et iobagionibus eorum prenominatis plus quam mille ducentos florenorum auri damna intulissent inferrique fecissent, potentia mediante, in preiudicium et damnum eorundem exponentium valde magnum. Quia autem huiusmodi actus potentiarii per quoscunque patrati iuxta novam constitutionem publicam in curia regia per nos ceterosque iudices regni ordinarios pro quintodecimo die discuti debent et adiudicari, pro eo amicitiam vestram harum serie hortamur et requirimus, quatenus presentes litteras nostras memorato domino Raphaeli Podmanyczky per vestrum testimonium fidedignum exhiberi et presentari faciat, qui si personaliter reperiri poterit, bene quidem, alioqui de domo habitationis sive solite eiusdem residentie ammoneat eiusdem dicatque et committat eidem verbo nostro, ut ipse decimo quinto die a die huiusmodi ammonitionis numerando personaliter vei per procuratorem suum legitimum comparere debeat et teneatur, rationem de premissis redditurus, certificando nichilominus eundem ibidem, quod sive ipso termino in prescripto coram nobis compareat sive non, nos ad partis comparentis instantiam id faciemus in premissis, quod dictaverit ordo iuris, et post hec huiusmodi exhibitionis, ammonitionis et certificationis seriem, ut fuerit expedien, terminum ad prescriptum nobis suo modo rescribatis. Datum Posonii, feria tertia proxima ante festum sacri Penthecostes, anno Domini millesimo quingentesimo quadragésimo octavo.

A pozsonyi káptalan a fenti parancs végrehajtására Nándori Lukács kanonokot küldi ki, a ki azt ((feria quarta inter octavas Ascensionis Domini)) hajtja végre, melyről a káptalan ugyanezen évben ((secundo die diei executionis premisse)) tesz jelentést.

Eredetije papiron, Országos Levéltár: Eccl. Cameral. fasc. 53. Nr. 15.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

239.

1549.

Egyházi birtokok adózása Zalavármegyében.

Thapolcha.

Prioris de Lewweld p. XXX, servitores IIII, nova XIII, inquilini XVIII,  
molendinatores prioris Leweldy p. II.

Országos Levéltár: Dicalis Conscriptio, LII. kötet.

V.390.

Lövöld, 1550 szeptember 21.

Péter lövöldi kartauzi perjel Nádasdy Tamást értesíti, hogy nemsokára Pápán felkeresi.

Spectabilis ac magnifice domine, domine et fautor gratiosissime, orationes in domino Jesu humillimas. Quorundam relatio me fefellit, qui aiebant vestram spectabilem magnificam dominationem hodie ad noctem Papam venire, et eatenus distuleram meum eo adventum ad futuram feriam tertiam, quo die, si Deus vitám dederit, summo mane itineri me submittam, nova, que sunt, eidem narraturus. Interim eadem v. s. et m. d. dignetur hanc dilationem pie indulgere, nam pauculam familiam, quam habeo, huc illuc ad negotia diversa emisi. Deus maximus conservet eam felicissime. Ex Leweld, in festó divi Mathei ewangeliste 1550. Fráter Petrus prior fratrum Carthusiensium.

Kívül: Spectabili ac magnifico domino, domino comiti Thome de Nadasd, iudici curie ac consiliario regie Maiestatis ac supremo regni Hungarie capitaneo etc., domino et fautori suo gratiosissimo.

Eredetije papíron, zárópecsétje elveszett. Országos Levéltár: Nádasdy-missilisek, C. csomó.

Közli: IYÁNYI BÉLA.

V. 391. sz.

Pannonhalma, 1550 szeptember 22.

Csanádi János pannonhalmi főapát levele Nádasdy Tamáshoz, melyben kéri, hogy hozzája küldött embereinek, János deáknak és Szabó Lázárnak mindenben higgyen. Spectabilis et magnifice domine nobis observandissime, suffragiorum et servitiorum meorum commendationem premissam. Misimus ad magnificentiam vestram egregios Joannem litteratum et Lazarum Zabo familiarem nostrum in certis nostris arduis negotiis ecclesiam et Castrum nostrum concernentibus, rogantes diligenter dominationem vestram spectabilem, dignetur eorundem verbis, ut nostris, fidem prestare indubiam. Quam feliciter valere cupimus. Ex conventu nostro, vigesima secunda die Septembris, anno etc. 50. . Joannes de Chanad abbas sancti Martini Sacri Montis etc.

Kívül: Spectabili et magnifico domino Thome de Nadasd, comiti comitatus Castriferrei, regie maiestatis consiliario et iudici curie etc., domino nobis et patrono observandissimo.

Eredetije papíron, zárópecsétje elveszett. Országos Levéltár: Nádasdy-missilisek, C. csomó.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

V. 396. sz.

Lövöld, 1550 szeptember 27.

Péter lövöldi kartauzi perjel levele Nádasdy Tamáshoz: vspectabilis et magnifice etc... orationes in domino Jesu humillimas.

En misimus quinnarios nostros. Est quidam veteranus servitor vestre spectabilis et magnifice dominationis, Michael Aykay, qui habet fratrem suum Stephanum similiter Aykay debilem et plerumque in podagra lab orantemr>; kéri tehát, hogy a jelenlegi hadjáratban való /észvétél alól Aykay Mihályt, hogy beteg fivére, István segítségére lehessen, mentse föl.

Papiron, zárópecsétje elveszett. Országos Levéltár: Nádasdy-missilisek, C. csomó.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

V. 406. sz

Lövöld, 1550 október 20.

Péter lövöldi perjel levele Nádasdy Tamáshoz, a török előnyomulásáról.

Spectabilis ac magnifice domine, domine et fautor gratiosissime orationes in domino Jesu humillimas. Aiunt Thurcam citra Zegedinum circiter ad tria miliaria de diruto monasterio duas turres habente unam arcem construxere, cui nomen est Zewr. Preterea nostrastes equites et pedites ceperunt concristianis nostris magna dampna inferre... etc. Ex Leweld, feria secunda post Luce ewangeliste 1550. Fráter Petrus, inmeritus prior ibidem.

Országos Levéltár: Nádasdy-missilisek, /. J. csomó.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

408.

Győr, 1550. október 25.

Tanúvallomások a veszprémvölgyi apácák és vagyonkezelőjük, Borbély Osvát között felmerült vitás ügyben.

Nos capitulum ecclesie Jauriensis, memorie commendamus per presentes, quod pro parte et in persona agilis Oswaldi Bärbel exhibite fuerunt nobis et presentate quedam littere reverendissimi in Christo patris et domini, domini Francisci ab Wylak, episcopiecclesie Jauriensis locique eiusdem comitis perpetui ac serenissimi principis et domini, domini Ferdinandi divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. regis, semper augusti, infantis Hispaniarum, archiducis Austrie etc. locumtenentis, domini et prelati nostri observandissimi, nobis in certa earundem parte auctoritate regia atenter



preceptorieque sonantes et directe, quas nos honore et reverentia, quibus decuit, recepimus in hec verba: Franciscus ab Wylak, episcopus ecclesie Jauriensis locique eiusdem comes perpetuus ac serenissimi principis et domini, domini Ferdinandi divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. regis, semper augusti, infantis Hispaniarum, archiducis Austrie etc. locumtenens, amicis suis reverendis, capitulo ecclesie Jauriensis salutem et amicitiam paratam cum honore. Expositum est in persona agilis Oswaldi Bärbel, quomodo ipse in quadam causa, factum rerum quorundam mobilium et immobilium, pecuniarum etiam et argentariorum concernente, inter ipsum exponentem ab una, parte vero ab altéra religiosas dominas sanctimoniales beate Marie virginis de valle Wesprimiensi, nunc in oppido Kermend degentes, reverendorum dominorum **Petri abbatis de Leweld** ac Galli prepositi de Ewrsy necnon nobilium Valentini Thalas, Emerici Keery de Zenthkyralzabagya, Colomanni Chewger, Andree Keery de Wamos fassionibus et attestacionibus, aliorum etiam certorum quorundam proborum et nobilium ac alterius honeste conditionis hominum comitatus Wesprimiensis pro iurium suorum defensione multum indigeret et esset necessarius, pro eo amicitiam vestram harum serie hortamur et requirimus diligenter, quatinus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Stephanus et Emericus Zambo de Mezewlak, aut Georgius et Ladislaus de Bekas, sive Emericus de Dereske, sive Georgius de Bewrellye, aliis absentibus homo noster ad universos attestantes reverendos Petrum abbatem et Gallum prepositum, alios etiam nobiles et ignobiles dicti comitatus Wesprimiensis, quos dictus exponens vei eius nomine procurator suus duxerit nominandos, accedendo, ab eisdem sub onere sedecim marcarum gravis ponderis, super eos, si qui forsitan ex eisdem testibus a dicenda veritate sese abstraherent, per eos, quorum interest, immediate et irremissibiliter exigendo, ad fidem eorum Deo debitam fidelitatemque domino nostro regi et sacre eius corone observandam, de hiis omnibus, de quibus dictus exponens voluerit, sciat, inquirat et experiatur meram, plenam atque omnimodam certitudinis veritatem et tandem super huiusmodi attestacione, resciteque veritatis premissorum serie litteras vestras dicto exponenti necessarias ad relationem dictorum nostri et vestri hominum módis omnibus extradare debeatis et teneamini, iurium eiusdem exponentis ad cautelam. Datum Posonii, feria quarta proxima post festum nativitatis beatissime virginis Marie, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo. 1 Unde nos tum iustis et legitimis requisitionibus prefati domini Francisci ab Wylak, domini et prelati nostri, tum vero auctoritate ipsius regie Maiestatis, qua nobis precipiebatur, in omnibus obedire volentes, ut

tenemur, iuxta continentias prescriptarum litterarum eiusdem domini et prelati nostri una cum prefato Oeorgio de dicta Bewralya(1) homine suo inter alios superius descriptos specificato, nostrum hominem, videlicet honorabilem magistrum Oeorgium de Wrboz socium et concanonicum nostrum, nostro pro testimonio fidedignum transmisimus, qui tandem exinde ad nos reversi nobis retulerunt pariter eo modo: quomodo ipsi feria secunda proxima post festum exaltationis Sancte Crucis proxime preteritum ad claustrum sew fortalitium et conventum venerabilium et **religiosorum fratrum Petri prioris et abbatis conventus ordinis Carthusiensium de Leweld in comitatu Wesprimiensi** existens habitum pariter accessissent et ibidem in claustrum sew fortalitio eodem venerabilem magistrum Gallum prepositum de Ewrs ac canonicum ecclesie Wesprimiensis, unum videlicet ex predictis testibus pro parte eiusdem exponentis nominatis, personaliter reperissent et ibidem ipsum hominem eiusdem domini locumtenentis, presenti ipso testimonio nostro ad conscientie sue puritatem idem Gallus prepositus de et super premissis onere sub predicto fideliter requisitus et interrogatus, idem homo eiusdem domini locumtenentis infrascriptam ab eodem Gallo preposito scivisset, inquisivisset et expertus fuisset certitudinis veritatem, et idem modo infrascripto fassus fuisset, quod cum in anno proxime transacto, circa videlicet idem festum exaltationis Sancte Crucis protunc preteritum idem magister Gallus prepositus, primus videlicet testis una cum reverendo domino **Petro prioré ordinis fratrum dicti claustrum sew fortalitii de Leweld**, ex mandato prefate Maiestatis regie domini nostri clementissimi pro certis negotiis ad prefatas religiosas dominas sanctimonialiales de valle Wesprimiensi, nunc in oppido Kermend vocato degentes et ad idem oppidum erga scilicet easdem dominas venisset, illicque mandato regio ab ipsa domina abbatissa sew priorissa earundem dominarum sanctimonialium iidem Gallus prepositus et **fráter Petrus prior** pariter ambo scrutati sciscitatique fuissent, eandemque dominam priorissam diligenter requisivissent et interrogassent, ubinam et quante essent res et bona eiusdem ecclesie beate Marie virginis et cenobii earundem dominarum sanctimonialium, videlicet pecunie, vasa aurea et argentea et relique facultates eiusdem ecclesie, tunc eadem domina abbatissa sew priorissa respondisset eisdem magistro Gallo preposito et **Petro priori**, quod nunc pro certo paucas admodum haberent pecunias, et si quas etiam haberent, una cum reliquis rebus et bonis eiusdem ecclesie in loco securo tutoque et secreto haberent locatas et absconditas, quas scilicet res exnunc ad lucem efferre educereque nequirent, et ultra hoc per eosdem magistrum Gallum prepositum ac **fratrem Petrum priorem de Leweld** eadem domina abbatissa



monialium fuisset etiam requisita et interrogata, quis ve qui fuissent aministratores sew collectores proventuum bonorum ipsarum dominarum et cenobii earundem, ubi ipsa domina abbatissa sew priorissa sic requisita et interrogata ad hec respondisset eisdem, quod usquemodo, inquit, egregius Emericus Thelekessy ex consensu eiusdem domine priorisse et ceterarum dominarum sanctimonialium eiusdem cenobii proventus huiusmodi in manus prefati Oswaldi Bärbel famuli earum administrasset, administrarique et assignari fecisset, et quod idem etiam Oswaldus Bärbel proventus huiusmodi ab ipso Emerico Thelekessy acceptos iuste integreque eisdem dominabus sanctimonialibus importasset et administrasset Prefatus autem **Petrus prior** utputa testis, per eosdem dicti domini locumtenentis et nostrum homines ibidem vigore dictarum litterarum preceptoriarum de et super premissis requisitus, superinde more solito iuramentum coram ipsis deponere nec quitquam fateri testificarique voluisset, eo quod nollet ipse religioni privilegiisque ordinis sui per hoc derogari, excepto hoc, quia tandem visa intellectaque et audita fassione et attestatione eiusdem magistri Galli prepositi super premissis per eum modo premissis facta, eandem fassionem sew attestationem ipsius magistri Galli auditam et perceptam in omnibus approbasset, sicque illám fassionem suam, prout ipse testatus fuisset, veraciter factam fuisse et esse palam affirmasset. Item licet nonnulli et nostrum homines vigore dictarum litterarum preceptoriarum requisiti, certis ex causis de et super premissis coram eiusdem domini locumtenentis et nostro hominibus fateri attestarique nequierint, tamen postea feria quinta, in festo videlicet beati Severini episcopi et confessoris proxime preterito, nobiles isti infrascripti, videlicet Petrus Posa de Zenthkyrallyzabagya, Emericus Keery, Valentinus Thalass de eadem Zenthkyrallyzabagya, Colomamus Chewger de Wamos, Andreas Kery de eadem Wamos comitatus Wesprimiensis coram nobis et in capitulo nostro personaliter comparuerunt ac seorsum et singillatim presentibus et audientibus dicti domini locumtenentis et nostris hominibus per eosdem iuxta vim et formám dictarum litterarum preceptoriarum, sub iuramento preinserto coram nobis confessi sunt, et quilibet eorum confessus est in hunc modum: Et primo prenotatus Petrus Posa testis iam utputa tertius fassus est et dixit, quod ipse quoque tempore condam domine Thassy priorisse eiusdem cenobii dominarum sanctimonialium officialis fuisset, ipse tamen rationem de officiolatu suo dictis dominabus sanctimonialibus reddidisset et post hoc sciret, quod idem Oswaldus Barber, tempore religiöse condam domine Dorothee Thelekessy similiter priorisse et ceterarum dominarum sanctimonialium officialis earundem extitisset, officiolatumque bonorum



earundem tenuisset, quodque post ipsam dominam priorissam omnibus civibus, jobagionibus et quibusvis aliis subditis earundem prefuisset et precepisset, sciret etiam, ut dum et quandocumque aliqua iudicia inter iobagiones earundem dominarum et aliorum quoque incidissent, celebrarique contigissent, extunc ipse Oswaldus Barber iudicio huiusmodi interfuisset, presedisset iudiciaque et iudiciarias deliberationes dictasset, de rebus autem et bonis prescriptis, mobilibus videlicet et immobilibus nil sibi constaret; addidit etiam idem tertius testis, quod si idem Oswaldus Bärbel fuerit provisor curie vel officialis ipsarum dominarum sanctimonialium, vel ne, ignoraret. Item quartus testis nobilis Emericus Kery de dicta Zenthkyralzabadya comitatus Wesprimiensis iuratus fassus et examinatus est, dixit, quod dum et quotiescunque in possessione dictarum dominarum sanctimonialium Beren vocata aliqua iudicia celebrata fuissent, extunc prefatus Oswaldus Bärbel ad ea ipsa iudicia celebranda presens interfuisset, et sciret etiam, quod si quis hominum sew causantium illic iuridice aliquo byrsagio convictus et aggravatus fuisset, extunc idem Oswaldus Bärbel et solus huiusmodi birsagia ab eisdem convictis exegisset, nesciret tamen, si byrsagia ipsa eisdem dominabus sanctimonialibus restituisset, vel pro se illa reservasset, dixit etiam, se scire testis ipse, quod quodam anno elapso ipse Oswaldus Bärbel tempore vindemie fuisset in dicta possessione Beren decimator vinorum et habuisset illic secum quendam filium suum registratorem vinorum decimalium. Tamen idem quartus testis dicit, se ignorare, si idem Oswaldus Bärbel fuerit rationista sew provisor curie ipsarum dominarum sanctimonialium vei ne, preterea subiunxit etiam et addidit idem testis, se scire, quod prefatus Oswaldus Bärbel per aliqua temporum spatia possessionem earundem dominarum sanctimonialium Mama vocatam ab eisdem dominabus sanctimonialibus in officiolatum apud se tenuisset et habuisset, quo titulo autem, aut quo iure tenuisset illám, se ignorare dixit. Item quintus testis nobilis Valentinus Thalass de dicta Zenthkyralzabadya dicti comitatus Wesprimiensis iuratus examinatus fassus est, se scire, quod annotatus Oswaldus Bärbel predictam possessionem Mama vocatam ab eisdem dominabus sanctimonialibus in officiolatum apud se tenuisset et habuisset, scire etiam se dixisset, quod dum et quotiescunque aliqua iudicia sew iudiciarie deliberationes in possessione Beren predicta fieri et celebrari contigissent, iudicio huiusmodi idem Oswaldus Bärbel illuc admonitus et accersitus fuisset et presentem fore opportuisset, si quempiam autem hominum illic birsagiari contigisset, extunc huiusmodi birsagia idem Oswaldus Bärbel per se exegisset; preterea idem testis dixit, etiam se scire, quod prefatus Oswaldus Bärbel illic omnibus ita percepisset, sicut prefate domine priorissa et

sanctimoniales precipere consueverunt perinde, ac si eedem domine presentes ibi fuissent, de reliquis dixit se ignorare. Item sextus testis nobilis Colomannus Chewger de Wamos comitatus Wesprimiensis iuratus fassus est et dixit se scire, quod quodam tempore prefatus Oswaldus Barber fecit decimator vinorum in possessione Beren predicta constitutus, tunc ipse habuit secum quendam filium suum registratorem et aliquando iudicia aliqua ibi celebrari contigit, extunc in administrando iudicio ipse Oswaldus ibi prefuit et istic iudicia celebravit, celebrarique procuravit et alia, que voluit, fecit et illic ita mandavit, quibus oportuit, ac si prefate domine sanctimoniales mandassent, de reliquis nil se scire dixit. Item sepíimus et ultimus testis nobilis Andreas Keery de dicta Wamos comitatus Wesprimiensis iuratus examinatus fassus est, se scire, quod dum et quodocunque prefatus Osvaldus Bärbel ad predictam possessionem ipsarum dominarum sanctimonialium Wamos vocatam in médium colonorum illic commorantium ingressus fuisset, tunc eosdem colonos allocutus fuisset, quod ipsi verbis suis ita obtemperare obedireque deberent, tamquam propriis ipsarum dominarum sanctimonialium, dominarum scilicet suarum verbis et preceptis, de reliquis nil se scire dixit. Ad quorum quidem dicti domini locumtenentis et nostri hominum relationes, tum etiam prefatorum nobilium et testium pro parte annotati exponentis coram nobis comparentium fassiones et attestaciones ac presentibus, prout preassertum est, ipsius domini locumtenentis et nostri hominibus coram nobis factas, eidem exponenti super premissis uberiolem ad cautelam duximus dandas et concedendas. Datum sabbato proximo ante festum beati Demetrii martiris, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo.

Eredetije papíron, hátlapján rányomott viaszpecsét töredékével, a m. kir. Országos Levéltárban: Eccles. Canieral. fasc. 47. Nr. 17. jelzet alatt. Ugyanitt ennek újabbkori egyszerű másolata, ugyanezen jelzet alatt.

Közli: IVÁNYI BÉLA.